## ¶ Sermo octuagesimusprimus

ad cenam magnam illius cõuiuij ve
niamus.

¶ Dominica tercia.
¶ Epistola ¶ Prima petri. v.

Karissimi. Humiliami
ni sub potenti manu dei. ut
vos exaltet in tempore visita
tionis. omnem sollicitudinẽ vestram
in ipsum piicientes. Quoniam ipsi ẽ
cura de vobis. Sobrij estote ⁊ vigila
te. quia aduersarius vester dyabolus
tanq̃ leo rugiens circuit querẽs quẽ
deuoret. cui resistite fortes in fide. sci
entes eandem passionẽ ei que in mũ
do est vestre fraternitati fieri. Deus
autem omnis gratie qui vocauit nos
in eternam suam gloriam. in xpo ihe
su modicum passos ipse perficiet. cõ-
firmabit. ↄsolidabitq;. Ipsi gloria et
imperium in secula seculoꝝ. Amen

¶ Euangelium. ¶ Luce. xvi.

In illo tẽpore. Erãt
appropinquãtes ad ihesum
publicani ⁊ peccatores vt au
dirent illum. ⁊ murmurabant phari
sei ⁊ scribe dicentes. Quia hic peccato
res recipit ⁊ manducat cum illis. Et
ait ad illos parabolam istam dicens
Quis ex vobis homo qui habet cen
tum oues. si perdiderit vnam ex illis
nonne dimittit nonagintanouem in
deserto ⁊ vadit ad illam que perierat
donec inueniat illam. ⁊ cum inuene-
rit illam: imponit in humeros suos
gaudens. ⁊ veniens domum conuo-
cat amicos: ⁊ vicinos suos dicẽs illis.

A
Congratulamini mihi. quia inueni
ouem meam que perierat. Dico au
tem vobis q̃ ita gaudium est in celo
super vno peccatore penitentiã agen
te: q̃ super nonagintanouem iustis
qui nõ indigent penitentia. Aut que
mulier habens dragmas decẽ. si per
diderit dragmam vnam: nõne accen
dit lucernam ⁊ euertit domu3. ⁊ que
rit diligenter donec inueniat. Et cu3
inuenerit conuocat amicas ⁊ vicinas
dicens. Congratulamini mihi. q2 in-
ueni dragmam quam perdideram.
Ita dico vobis gaudium erit coram
angelis dei super vno peccatore peni
tentiam agente.

¶ Sermo. lxxxi. de euangelio.

Erant appropinquan
tes ad ihesum publicani et
peccatores ut audirent illu3
Quia in euangelio precedẽtis domi
nice terribiliter fuerat dominus cõ-
minatus. Nemo virorum illorũ qui
vocati sunt gustabunt cenã meam.
Ideo ecclesia in persona eoꝝ qui tar
dauerũt venire ⁊ nũc penitent de tar
datione: clamat in introitu misse. Re
spice in me ⁊ miserere mei dñe. Quia
vero tria fuerunt impedimenta nõ
venientium. scilicet ambitio prelatio
nis. studium curiositatis. ⁊ illecebra
voluptatis: ostendit se penitens pur
gatum ab hijs cum subdit. quoniã v
nicus ⁊ pauper sum ego. Hoc dicitur
ↄtra curiositatẽ auaricie. vide humi
litatẽ meã. hoc ↄtra ambitionẽ super
bie. ⁊ laborez meũ. hoc ↄtra illecebrã
luxurie. ⁊ dimitte oĩa peccata mea. s.



http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-182/0383
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG